6
25 B
43

6
26 N
22

66 66
A A
17 5

6-25.B.43

Catal. Mss. C. R.

CHRONOGRAPHIA SIVE ANNALES

OMNIVM FERE REGVM, PRINcipum, & Potentatuum, ab orbe cõdito, vsq; ad hunc annũ Domini. M. D. XLV.

Cum aliquali ratione temporum, ac indice duplici in commu nem studiosorũ omni um vtilitatẽ nunc primum ædi ta, & euul gata.

AVTORE ALEXANDRO SCVLTETO PRVtio Canonico Varmiẽn.

Collegij Romani. Societ. Iesu.

BIBL. ROMA

AD ILLVSTRISS. D. ALEXANDRVM FARNEsium Cardinalem, & Cancellarium, idem Alexander. S.

Si tibi dignatus fuerint, quæ Flemmate Præsul,
Munera nulla capis, munera nulla capis.
Si tamen hæc placido vultu dignabere parua,
Figet ex animo munera magna tuo.

Prælata hinc vidua est, duo sola minuta reponit:
Munera non capiat, sed pia corda Deus
Sedis apostolicæ decus, hæc sic accipe grata
Summo quem fuerant, parca minuta Deo.

Cum priuilegio S. D. N. Papæ, & Cæsareæ Maiestatis ad decennium.

Romæ in Platea Parionis. M. D. XLVI.

A. 5. 16.

ILLVSTRISS. D. ALEXANDRO FARNESIO CARDINALI CANCELLARIO ALEXANDER SCVLTETVS S.

MVLTI Scriptores Illustriss. Priceps, cum veteres, tum recentiores, temporum seriem atq; rationem, quæ Chronica appellantur, hactenus conscripserunt existimantes eam cognitionem nõ modo historiæ, cui percipiendæ clarissimum ac præcipuũ lumen inducit, sed etiam reliquis honestis disciplinis, & vitæ humanæ actionibus, singularem vtilitatem cum ipsa prudentia coniunctam afferre. Quibus ego causis iam olim illectus, cum aliquot annos in Historicis, & Chronographis legendis consumpsissem, tandem animaduerti atq; deprehendi, eorum plerosq; in ipsa temporum, & annorũ ratione ac supputatione, nonnunquã deceptos, & hallucinatos fuisse, siue id rerum ipsarum ignoratione siue prona, & simplici in suos maiores fide, siue alia de causa vtcunq; acciderit, qui tamen error semel admissus, & receptus non paruam ad reliquas res absolute intelligendas ac distinguendas, confusionem atq; dubitationem lectori nõ oscitanti ingerere solet. Præterea qui hactenus hac de re monumentis literarum aliquid mandarunt, multa prætermisisse videntur, quæ ad huius facultatis accuratam traditionem spectant, & eiusdem studiosis magnopere conducunt. Quas ob res omnibus literarum bonarum studiosis non vile operepræcium me facturum existimaui, si Chronographiam hanc paulo veriorem, & absolutiorem pro virili mea conscriberem, & euulgarem. Quantum autem in ea colligenda simul & digerenda elaborauerim, aut quantus inde fructus studioso lectori prouenturus sit, non est meum in præsenna cõmemorare. Si quidem istud candido lectori periculum faciens multo incorruptius diiudicandum relinquo. Cum vero huic operi aliquis protector, ac veluti patronus mihi quærẽdus esset, tu solus Illustriss. Princeps occurristi, cui iure quodam eximio nũcupari debuerit, nimirũ qui omnium bonarũ literarũ cognitioni, ac eruditorũ patrocinio non minus quã nobilitate ac Illustri dignitate cæteris mortalibus hoc nostro seculo præstes, & quem omnes literis dediti vnicũ eorum præsidiũ, & alterũ Mecœnatem agnoscant, & fateantur. Vnde fit, vt nihil fere insigne his tẽporibus edatur, quod Illustriss. D. T. non dicetur. Multa sunt quibus hic labor noster non ingratus, vt spero tibi erit, sed inter alia illud etiam, quod recensitis ordine Pontificibus Romanis, tota hæc chronographia desinit in felicissimo Pauli Tertii Pontificatu, cuius prudẽtia præstãtissima, ac iustitia, & æquitate sanctissima, clementiaq;, & pietate singulari, totus orbis Christianus felicissime gubernatur, Cuius tamen gubernationis bona pars Illustriss. D. T. vt omnes norunt debetur. Vale. Romæ VI. Decembris. M. D. XXXXV.

RATIO HVIVS CHRONOGRAPHIÆ.

QVANTAM vtilitatem afferat historia omnibus his qui aut in disciplinis eruditi, aut in rebus agẽdis prudẽtes futuri sunt, non modo cuiuis exploratum, Verum etiã a multis ingenio atq; doctrina præstantibus viris copiose vereq; conscriptum est. quæ tamen cum absq; certa, & consequenti temporum ratione ordine, & ferie intelligi ac percipi non possit, visum est mihi non modo ad absolutam historicorum cognitionem hanc chronologiam elaborare. Verum etiam in eius lumine studio sos lectoris quandam veluti formulam præfigere animumq; eius nonnihil ad intelligenda reliqua præparare Itaq; in primis iuxta receptam vulgo diuisionem, in septem ætates mundi tempora partimur, Quarum principia partim ad hebraicam veritatem partim ad probatos autores clare in catalogum nostrum reposuimus, tribuentes a diluuio singulis paginis quinquaginta annos per decenia diuisos, vt cuilibet vel puero aut quantumuis rudi, anni eius commodo, & tempora sint sub oculis, & notissima, cum numero annorum ab orbe condito, simulq; ante Christum natum.

A Christo vero nato, adiunximus. (suo ordine currente numero annorum mundi,) annos ab ipso nato, seorsim apponentes literam dominicalem, indictionem, & aureum numerum, vt historias legentibus clariora sint omnia, vtq; si qui numeri vitio scriptorum, aut temporum iniuria, in autoribus depravati reperiantur, facilius ea restitui, & emendari possint, insuper perspicuum sit, & prompte inueniri valeat tempus verum passionis Christi.

Prima itaq; ætas mundi ab eo condito, ad vniuersale diluuium vsq;, complectitur annos. 1656. qui ex. 5. & 7. capitibus Geneseos habentur hoc modo.

Adam cum esset annorum. 130 genuit Seth.
Seth annorum. 105. genuit Enos.
Enos annorum. 90. genuit Cainan.
Cainan annorum. 70 genuit Malalehel.
Malalehel annorum. 65. genuit Iared.
Iared annorum 162. genuit Enoch.
Enoch annorum 65. genuit Matusalem.
Matusalem annorum. 187. genuit Lamech.
Lamech annorum. 182. genuit Noe.
Noe annorum. 500 genuit Sem.

In principio autem centesimi anni ipsius Sem, & .600. Noe accidit diluuium, quod duravit fere per eundem. 600. annum Noe, vt liquet Gene. 8. cap.

Qui anni simul collecti constituunt dictos. 1656. annos.

AT SECVNDA ætas mundi incipit. 1601. anno Noe mundi vero. 1657. continet a diluuio ad natum Abraham annos. 292. quod claret ex Genesis ca. 11. hoc modo.

Biennio post diluuium natus fuit ex Sem. Arphaxat, ob id primus annus Arphaxat concurrit cum anno mundi. 1659. Arphaxat inde annorum. 35. genuit Sale, qui aliquibus etiam cognominatur Cainan.

Sale annorum. 30. genuit Heber.
Heber annorum. 34 genuit Phaleo.
Phalec annorum. 30. genuit Reu.
Reu annorum. 32. genuit Serug.
Serug annorum 30. genuit Nachor.
Nachor annorum. 29 genuit Thare.
Thare annorum 70 genuit Abram.

Ex quibus annis simul collectis resultant dicti anni. 292. (Enumeratis deinde post diluuium.

TERTIA porrõ ætas mundi incepit a nato Abrahã durans vsq; ad egressum Mosi & Israelis ex Ægypto ac legem datam comprehendens annos. 505. qui sic digeruntur.

Abraham ætatis suæ anno. 75. accepit promissionem, & spem benedictionis a Deo Genesi. 12.

Ab ea repromissione ad legem datam sunt anni. 430. Exo. 12. Actorum. 7. Gala. 3. vt & Augustinus notat, & colligit. 16 lib. de ciuitate Dei, cap. 16, qui anni iuncti dictis. 75 annis constituunt annos. 505. Quod etiam aliter, & sic claret.

A promissione facta Abrahæ ad. 100. eius annum, quando ipse genuit Isaac sunt anni 25. Gen 21. Ab Isaac nato ad natum Iacob anni. 60. Gen. 25. A Iacob nato ad ingressum eius in Ægyptum anni 130. cum Ioseph esset. 39. annorum. Nam cum honoratus fuisset coram Pharaone Ioseph, erat. 30. annorũ Gen. 41. postea transierunt. 7. anni fertiles, & secundo anno sterili Iacob venit in Ægyptum.

A 39. anno Ioseph vel ab ingressu Iacob in Ægyptum, vt compleantur. 130. anni quibus Ioseph vixit Gen. vltimo sunt anni. 71. Qui simul collecti faciunt annos. 286. Cum daretur lex Moses erat. 80. annorum. Exod. 7. Anni intermedy post illos 286. & ante natum Mosen non constant ex sacris literis Colligitur, tamen ex premissis fuisse annos. 64. Ex quibus omnibus resultant dicti anni. 430. Additis igitur 75. annis a nato Abraham ad promissionem colligitur omnes tertiæ ætatis anni. 505.

Hæc corroborant quæ Philo in breuiario temporum ait Ab Abraham ad Mosen fluxisse annos 425. A Mose ad exitum de Ægypto annos. 80. qui anni simul collecti constituunt memoratos. 505 annos.

QVARTA deinde ætas mundi a data lege, vt præfertur, ad inchoatum templum per Salomonem, hoc est quartum eius annum complectitur annos. 480. vt. 3. Reg. 6.

Omnium autem annorum huius ætatis scriptura sacra mentionem facit, præterquam. 17. annorum, qui tribuendi sunt ipsi Iosue ab obitu Mosi, vsq; ab obitum Iosue.

quorum annorum computatio hoc modo colligitur.

A data lege cum Moses esset. 80. annorum, vt superius dictum est ad eius obitum anni. 40. Deut. 29. Nam ipse obyt annorum 120. Deut. vltimo.

Ab obitu Mosi, ad obitum Iosue annos. 17.
ab obitu Iosue ad obitum Othonielis, vel finem regiminis eius, & sic etiam in aliis anni. 40. Iudicum. 3.
ab obitu Othonielis ad obitum Aioth anni. 80. Iudicum. 3.
ab obitu Aioth, ad obitum Delborę anñ. 40. Iud. 4. 5. 6.
ab obitu Delborę, ad obitum Gedeonis anni. 40. Iud. 8.
ab obitu Gedeonis ad obitum Abimelech anñ. 3. Iud. 9.
ab obitu Abimelech ad obitum Tolę anni. 23. Iud. 10.
ab obitu Tolę ad obitum Iair anni. 22. Iud. 10.
ab obitu Iair ad obitum Iephtę annñ. 6. Iud. 12.

Ab obitu Iephte ad obitum Abessan anni. 7. Iud. 12.
ab obitu Abessa ad obitum Ahiaonis anni. 10. Iud. 12.
ab obitu Ahiaonis ad obitum Abdon anni. 8. Iud. 12.
ab obitu Abdonis ab obitum Samsonis anni. 20. Iud. 15. 16.
ab obitu Samsonis ad obitum Heli anni 40. 1. reg. 4.
ab obitu Heli ad obitum Saulis anni. 40. Actorum. 13.
ab obitu Saulis ad obitum Dauidis anni. 40. 2. reg. 2.
ab obitu Dauidis ad inchoatum templum per Salomonem anno 4. 3. reg 6.

Qui anni collecti constituunt dictos annos. 480. quarte etatis supersunt tamē sex menses quibus vltra. 40. annos Dauid regnauit, vt. 2. reg. 5. qui si libeat poterunt addi quinq etati.

QVinta etas mūdi cœpit ab inchoato tēp'o Salomonis vsq ad eius euersionem, & Hierosol'yme destructionem que fuit. 11. an. regis Sedechie, & cōtinet annos 440. hoc modo.

Salomon filius Dauid regnauit. 40. annos. 3. reg. 11. Et sic a 4. eius anno vsq ad eius obitum fluxerunt anni. 36.
Roboam filius eius annos. 17. 3. reg. 14. & 2. para. 12.
Abias filius eius annos. 3. 3. reg. 15. 2 para. 13.
Aso filius eius annos. 41. 3. reg. 15. 2. para. 16.
Iosaphat filius eius annos. 25. 3. reg. 22. 2. para. 20.
Ioram filius eius annos. 8. 4. reg. 8. 2. para. 21.
Ochosias filius eius annum 1. 4. reg. 8. 2. para. 22.
Athalia mater eius annos. 6. 4. reg. 11. 2. para. 22.
Ioas rex, fuit primus de stirpe, Nathan, filij Dauid secundum Philonē. & regnauit annos. 40. 4. reg. 12. & 2. par. 24
Hic autem Ioas non videtur fuisse filius naturalis Ochosię quamuis. 2. para. 22. 4. reg. 13. ac alijs locis filius Ochosie nominetur, Sed videtur intelligi debere fuisse filium Ochosie, successione, quod etiam innuit verbo. 2. para. 22. c. videlicet Nec erat vltra spes aliqua, vt de stirpe quas regnaret Ochosie. Et sic etiam non videtur fuisse nepos Athaliæ. Non enim est verisimile, quod Athalia hunc si esset nepos interficere voluisset, aut si voluisset, ipsum ignorasse Ioam esse nepotem suum, & vbinam esset, & educaretur. Et ideo etiam in catalogo ex minori Seder Olam Ioas non ponitur filius Ochosie, vt superioribus regibus additur. Et cum Philo Lucæ euangeliste consonet, nos hic vtrunque secuti sumus.
Inde Amasias filius Ioę anno. 29. 4. reg. 14 & 2. pa. 25
Ozias q & Azarias filius eius an. 52. 4. reg. 15. & 2. pa. 26.
Iothan filius eius annos. 16. 4. reg. 15. & 2. para. 27.
Achaz filius eius annos. 16. 4 reg. 16. 2 para. 28.
Ezechias filius eius annos. 29. 4 reg. 18. 2. para. 29.
Manasses filius eius annos. 55. 4 reg. 21. 2. para. 33.
Amon filius eius annos. 12. secundum Eusebium ex LXX. cui etiam consonat ipse Philo quamuis. 4. reg. 21. & 2. para. 33 duos annos regnasse scribatur, quos Locos Seder olam & quidam alij se. uis sunt. quem etiam si nos sequi velimus a toto huius etatis numero. 10. annos eximere oporteret.
Iosias filius eius annos. 31. 4 reg 22. & 2 para 34.
Ioachaz filius eius menses. 3. 4. reg. 23. & 2. para. 36.
Iechoiakim alias dictus Eliachim frater eius annos. 11. 4. reg. 23. & 2. para. 36.
Iehoiachin qui & Iechonias Heli & Heri filius eius menses. 3. 4. reg 24 & 2. para. 36.
Sedechias patruus eius annos. 11. 4. reg. 24: 2. para. 36: cuius anno vlt.mo, & Nabuchodonosoris. 19. anno fuit Hierosolyma & desolata, cum templo populo in captiuitatem Babylonicam abducto, vt. 4. reg. vltimo, & Hier. 39.

Qui anni simul collecti constituunt predictos annos. 440. Videntur tamen deesse illi. 6. menses, quibus Dauid vltra. 40. annos regnauit, vt superius diximus. Qui additi istis tribus mensibus Ioachaz, & alijs. 3. mensibus Ieboiachin numerum annorum vtriusq etatis absoluent.

SExta autem etas mundi est a desolatione predicta, & captiuitate vsq ad Christum natum, continens annos. 586. qui sic digeruntur.

Captiuitas Babylonica duravit annos. 70. Hierem. 25. & 29. Daniel. 9.

A captiuitate eadem per Cyrum soluta vsq ad monarchiam Alexandri Magni ann. 191. secundum Philonem prefuerunt Duces hoc modo.

Sorobabel qui & Barachias ann. 58.
Resa qui & Misci. lla ann. 66.
Ioanna annos. 53.
Iudas Hircanus annos. 14. Summa annorum. 191.

Inde o monarchia Alexandri Magni vsq ad Iudam Machabeū fluxerunt anni. 164. secundum eundem Philonem sub ducibus infrascriptis.

Iosephus primus ann 7.
Abner qui & Semei ann. [illegible].
Hely qui & Matathias ann. 12.
Asar qui & Maat ann. 9.
Nagid qui & Artaxat ann. 10.
Agas qui & Helli ann. 8.
Maslot qui & Naum ann. 7.
Amos qui & Sciach ann. 14.
Matathias qui & Siloa ann. 10.
Iosephus Iumor qui & Arses ann. 60.
Iannæus [illegible] Hircanus ann. 16. Summa annorum. 164.

Numerus tot annorum etiam deprehenditur ex Olympiadibus. Nam Alexander Magnus, vt omnes consentiunt obijt primo anno Olympiadis. 114. Et Iudas Machabeus renouauit templum per Antiochum Epiphanem prophanatum Olympiade 154. vt Iosephus ait. lib. 12. cap. 10. Ex quibus liquet ab obitu Alexandri ad Iudam Machabeum, qui post predictam renouationem cœpit, intermedias fuisse Olympiades. 40. continuentes annos. 160. Quibus si addideris annos 4. monarchiæ Alexandri, conficies annos. 164. memoratos. Tametsi quidem malint monarchiam Alexandri inchoasse quarto anno Olympiadis. 112. & durasse annos. 5. sed ob vnum annum in tanta caligine, & tot annorum congerie, non videtur committenda digladiatio.

Porro secundum eundem Philonem a Iuda Machabeo computantur vsq ad natum Christum ann. 161. per Duces & reges infrascriptos hoc modo.

Iudas Machabeus ann 5.
Ionathas frater eius ann. 19.
Simon frater eius ann 8.
Ioannes Hircanus filius eius ann. 26.
Aristobulus filius eius qui sibi diadema regiū impossuit ann. 1.
Alexander Iannæus frater eius annos. 27.
Alexandra vxor eius ann 9.
Hircanus filius eorum ann. 34.

Inde Herodes, cum ipse capta Hierosolyma per eum, & Sosiũ Olympiade. 185. Coss. M. Agrippa, & Canidio Gallo, vt Iosephus in fine li. 14. viuẽte etiã Hircano a Partbis capto, postea essu npsisse: principatum totius Iudeæ, vt idem Iosephus in principio lib. 15. regnauit annis 10. anno Cæsaris Augusti, & tertio anno Olympiadis. 186. vt etiam Eusebius habet annos. 37. Cuius anno. 32. natus fuit Christus.

Supradicti autem anni vsq; ad 32 Herodis, & natum Christum simul collecti constituunt dictos annos. 161.

qui etiam ex Olympiadibus deprehenduntur nempe a. 2. anno Olympiadis. 154. quo cœpit Iudæa, vt dictum est, vsq; ad 3. annum Olympiadis. 194. qui fuit primus Christi, colligantur anni. 161. memorati.

Ex premissis itaq; clare constat, ab orbe condito per dictas sex etates vsq; ad Christum natum intercessisse annos 3959. hoc modo collectos.

Prima etas habet annos	1656
Secunda	292
Tertia	505
quarta	480
quinta	440
Sexta	586
qui anni simul collecti conficiunt ab initio mundi vsque ad natum Christum dictos annos	3959

Septima vero etatis tempus a nato, scilicet, Christo vsq; ad finem mundi a plerisq; scriptoribus durare, ac protendi ponitur.

Hæc satis esse existimo ad explicationem temporum, & numerum annorum ab orbe condito vsq; ad Christum natum, quibus si addideris a nato Christo hunc annum. 1545 conficies simul annos. 5504.

Nunc aliquot insignium regnorum tempora subiungemus, & præcipue Romani Impery, quod ipsum celebratissimum nato Christo fuerit, cuius annus natalis, & passionis primum colligendus est; Sumimus autem fundamentum ex sacris literis. Nã Lucæ. c. 3. ait Christum baptizatum fuisse anno. 15 Tiberij Cæsaris, cum ipse Christus incipere agere annum 30. Ab eo igitur anno. 15. Tiberij retrogradiendo clarescit annus nati Christi ad annum impery Cæsaris Augusti. si enim ab anno 56. & aliquot mẽsibus, quibus præfuit idem Augustus, fuisse existimus. 15. a vero, eorũ consumamus cum his 15 Tiberij, vt constituantur anni fere. 30. quo etatis suæ anno Christus fuit baptizatus, reperietur de annis Augusti supereesse annos 41. & aliquos menses, quorũ ratio in præsentia omittatur quãdo Christus fuit natus.

Si igitur Christus natus est, vt etiam Hieronymus super Esaiã c. 2. testatur, anno. 41. Augusti, & post aliquot menses, hoc est in principio. 42. clarum est eundem annum 42. Augusti fuisse ab Vrbe condita annum. 751. Nam Velleius Paterculus multo expressius q̃ alius quispiã dicit, post necem A Hircy, & C. Pansæ Coss. C. Octauium fuisse factũ primo Cos anno Vrbis. 709. X Cal. Oct. ob. pridie q̃ virgiliũ complexus esset etatis annum.

Præterea pro eorum assertione, & infra dicendorum euidentia ait idem Velleius, bellum ciuile inter Iulium Cæsarem, & Pompeium exarsisse anno Vrbis. 703. Lentulo, & Marcello Coss. Vnde sequitur annus, quo Iulius Cæsar post eosdem Lentulum, & Marcellum factus I. Cos. tribuendus est anno Vrbis. 704.

Per quæ facile perpenditur retrogradiendo ad primum annum Vrbis concurrentem cum septima Olympiade, vt Dionysius & alij plerique habent.

Quas vero autoritate T. Liuij, & Dionysij Alicarnassei sub septem regibus Romæ regnatum fuit annis 244 manifestum fit ab anno Vrbis. 245. quo cœperunt primi Coss. vsq; ad annum Vrbis. 703 quo, vt dictum est, ante oppressam Remp. fuerunt Coss. Lentulus, & Marcellus recte computari annos. 459.

Conspicitur etiam annos Vrbis. 704 705 706 & 707. tribuendos esse Dictatorẽ, vel Imperio Iulij Cæsaris. Annum vero. 708 quo Cæsar. V. Cos. occisus fuit, tribui debere M. Antonio, & P. Dolabellæ Coss. Subsequentem autem annum. 709. A. Hirtio, & C. Pansa Coss post quorum necem 22. Septembris suffectus est Coss. C Octauius, vt præmissum est, adiuncto sibi Q. Pedio.

Si igitur primi anni vsurpati impery Octauij Cæsaris recepimus maiorem partem, & in annum Vrbis. 710 computauerimus vt fieri debet consequitur annũ Vrbis. 750 fuisse impery Augusti annum. 41. Sed qui inchoauerit in Septembri precedente similiter annum Vrbis. 751. esse impery Augusti annũ 42. Sed qui cœperit supertore Septembri, post quem. 25 Decembris natus fuit Christus, anno, vt dictum est, ab initio mundi 3959

Tempus vero passionis eius hac ratione colligi potest, Nam constat Christum seruatorem nostrum passum fuisse, & crucifixum 18 anno Tiberij Cæsaris, & 33. vitæ illius anno quantum videlicet est a 25. Decembris ad. 3. diem Aprilis, quod pauci ostendi potest.

Nam post baptismum Christi anno. 15. Tiberij superius memorato, & eodem inchoato 30. Christi, quod probabile est fuisse, vt etiam Ecclesia tenet, die Epiphaniæ, seu 6. Ianuary, dictus fuit in desertum, vbi mansit dies 40. atque ita fere per medium Februarium subsequẽtem. Deinde secessit, vt Matthæus, & Marcus dicunt, in Galileam, habitauitq; Capernaum, quę necessario indicant tempus aliquot mensium ante quod transierit festum Paschæ illius anni 30 vitæ Christi Exinde primum cœpit predicare, & colligere discipulos, quę omnia post festum Paschæ. 30. anni Christi acciderunt, cum antea ob breuitatem temporis festa fuisse non sit verisimile. Ex quibus etiam deprehenditur Ioannẽ de festo Paschæ illius anni. 30. vitæ Christi in euãgelio suo nullam facere mentionem. Postea vero cœpit Christus miraculis inclarescere, aqua in vinum versa Ioan. c. 2. quod plerisq; die Epiphaniæ sequentis scilicet anni, in principio. 31. vitæ eius festi fuisse contenduntur. Deinde secutum est festum Paschæ eiusdem 31. anni, de quo in dicto. 2. c. Ioannis. At de festo Paschæ anni 32. vitæ Christi diuerso a superioris anni festo ex dictis in vtroque gestis legimus in principio. 6. c. Ioan.

Post hæc fuit demum Ioannes c. 11. & subsequentibus mentionem festi paschæ anni 33 vitæ Christi quãdo fuit crucifixus.

Quod autem hoc festum sit. 3. Aprilis, & non. 25 Martij, vt plerisq; opinati fuerunt, sic ostenditur, premisso eo, quod Iudæis iuxta legem Exod 12. Leui. 23. Num. 28. Deutero. 16. Ezech. 45. quartadecima luna primi mensis, quæ ab equinoctio verno supputabatur, agnum immolare, & comedere, atq; sequente die paschã celebrare cum aliquot diebus sequentibus præceptũ fuerat. Compertum vero est, quod eo anno. 18. Tiberij Cæsaris, & 33. vitæ Christi prima luna, seu nouilunium primi mensis vernalis iuxta rationes astronomicas acciderit in. 20. diem Martij,

its quod inde. 14. Lunæ acciderit in. 2 diem Aprilis, qua Iudæi iuxta legem ad vesperam agnum paschalem comedere debuerant, quem admodum Christus legi satisfaciens cum discipulis suis fecit: & accenam ille sequente capta, die q; subsequente vero, & legitimo festo Paschæ, ac. 15. Lunæ crucifixus fuit. Iudæi vero festum Paschæ eiusdem anni in sequentem diem transtulerunt, & posthabita lege diuina, vt nostro quoq; tempore fecerunt, prætulerunt: traditionem seniorum, de qua Burgensis post Lyranum. 26. c. Matthæi. Et sic euenit, vt eadem die Christus innocens, & præfiguratus agnus, cum agno paschali Iudæorum præfigurante eadem die macta retur.

At quod 20. Martij anno passionis Christi, vel. 33. vitæ eius, mirerunt, vel noua luna fuerit, aperte constat ex Calendarijs, quibus aureus numerus est adiunctus: qui eodem anno fuerat. 15. si eundem aureum numerum per vnum diem posposuerimus, quæ a primeua cyclo lunaris ordinatione per Iulium Cæsarem, vt plerique autumant, facta vsq; ad Nicenum Synodum anticipauerat: ita enim, vt multorum est opinio, ita aureum numerum propter eiusdem vnius diei anticipationem, in Calendarium posuit, prout hodie reperitur, qui aureum numerum abeo tempore citra aliter non fuit correctus.

Hæc adiuuat, & clariora fuit consideratio literæ dominicalis eiusdem anni. 33. vtiq; Christi, quæ tunc erat, d, quintæ diei Aprilis correspondens, & diem resurrectionis Christi ostendit. Et q; litera, b, correspondens tertiæ diei Aprilis indicat diem veneris, & passionis, ac parasceues, vel præparationem ante Sabbatum, vt Marci. 15. c. Oportet autem, vt. 15. luna concurrat cum die veneris si recte voluerimus scire diem passionis, quod nunq; euenit si vetemus ad Tertullianum, & quorundam aliorum opinionem anticipare annum passionis Christi in. 25. Martij.

Et si hæc cuipiam videri possint coacta, neq; autoritate fulciri; Attamen si ab aureo numero, & litera dominicali, quibus hodie vtimur retrocesserimus vsq; ad. 18. annum Tiberij Cæsaris, & passionis Christi, reperiemus, facta legitima anticipatione quinq; dierum, quam ob lapsum tam multorum annorum fuere oportet, rem sic habere iuxta rationes astronomicas.

Si igitur eo modo retrogressi, receperimus annũ Christi 32. inueniemus ea anno aureum numerum, vel cyclum lunarem fuisse 14. & 15. lunam euenisse. 13. Aprilis, in diem dominicam, cũ illo anno, e, fuerit litera dominicalis in Aprili.

Et si recepermus annum Christi. 31. quo aureus numerus fuit. 13 comperiemus 15. lunam euenisse. 26. Martij, die Lunæ, Nam illo anno, g, fuit litera dominicalis.

Similiter si receperimus annum Christi. 30. quo ipse fuit baptizatus, inueniemus aureum numerum fuisse. 12. & 15. lunam euenisse 6. Aprilis die Iouis, quia eo anno litera dominica fuerat, a.

Si vero annum passionis Christi differre vellemus in. 34. annum Christi, vt quidam Græci, Platina, Nauclerus, & nonnulli alij faciunt, reperiemus illo anno. 16. fuisse aureum numerum, ac. 15. lunam accidisse. 23. Martij in diem Martis, cum litera, c, eo anno fuerit litera dominica is, quæ omnia neutiq; quadrant ad verum diem passionis Christi, Ideo absq; dubio, & firmiter tenendum videtur Christum fuisse passum anno vitæ eius. 33. & 3. Aprilis, ac Tiberij Cæsaris anno. 18. vt præfertur. Ea nihilominus omnia iudicio vniuersalis Ecclesiæ submitto a qua ad latum vnguem recedere non est in animo.

Vt autem veritatem ob oculos poneremus, libuit, vt dictum est, aureum numerum cum litera dominicali, aut saltem bissextos ex quibus aliæ literæ facile deprehenduntur seorsum apponere, si mus vt vnumquemq; a futuro ea per tot retroactos annos inquirendi tenaremur, vtiq; omnia essent notiora Sed de his satis.

Redeundo autem ad reges Romanorum libuit illos, & ipsorum annos ex Luca, & Dionysio subiungere, prout etiam in eatalogo nostro videntur hoc modo.

Romulus rex primus regnauit annos 37 expliq; eodẽ Dionysio autore. 7. Olympiade inde intercurrit vnus annus interregni.

Numa Pompilius rex secundus regnauit annos 43. incipiẽs tertio anno Olympiadis. 16. eodem Dionysio autore.

Tullus Hostilius rex tertius regnauit annos. 32. & cœpit secundo anno Olympiadis. 27. Vrbis vero. 82. obyitq; vt Solinus ait Olympiade. 35.

Ancus Martius nepos Numæ ex filia rex quartus regnauit annos. 24 incipiens secundo anno Olympiadis. 35. vt Dionysius lib. 3. Vrbis vero. 114.

Tarquinius Priscus rex quintus regnauit annos. 38. cœpitq; secundo anno Olympiadis. 41. vt idem Dionysius dicto libro.

Seruius Tullius gener Tarquini rex sextus regnauit annos 44 & cœpit quarto anno Olympiadis. 50. vt Dionysius lib. 4 Vrbis autem 176.

Tarquinius superbus nepos Tarquinij prioris rex septimus & vltimus regnauit annos. 25. incipiendo quarto anno Olympiadis 61. Vrbis autem. 220.

Per præmissa liquet vltimum annum regni Tarquinij superbi fuisse vrbis annum. 244. tot enim annis præfuerunt reges. Ita quod primi Coss. occuparint annum vrbis. 245. qui secundum præmissa, & Dionysij supputationem concurrebat cum Olympiade. 68 vt in catalogo nostro continetur.

Admisi inde fumus magno studio consulibus suum verum attribuis annum vrbis, Et ad hoc clare demonstrandum aliquot locos T. Liuij, & aliorum autorum citabimus, nihil dubitantes si quis voluerit attẽdere longe plures locos fit apud probatos autores reperturus, quæ cum hac nostra supputatione & catalogo consonant, Interim aliquot contrarietates, & repugnantias quæ depravatione numerorum, & incuria scriptorum temporumq; iniuria apud multos autores, & præsertim Plinium irrepserunt & reperiuntur, or cum hoc nostro catalogo nonnihil discrepare videntur, omittentes cum non sit in animo cum quoq; superbis decernere velle. Nihil enim temere definimus, sed hæc qualiacq; pro communi studiosorum vtilitate doctioribus diudicanda exhibemus, fatidientes & reycienter quotiensis aliorum super eiusmodi temporum inquisitione industriam, & iudicium multo minus eorum scripta refellere & reprobare.

Primum Plinius lib. 35. cap 3. ait Appium Claudium cum Seruilio fuisse Coss. anno Vrbis. 259. ad quẽ consonat Dionysius, qui subsequentem annum cum suis Coss. assignat anno Vrbis. 260. Et etiam ait annum quo. L. Valerius Potitus & Manlius Coss. fuerunt esse. 119. annum a primis Coss.

quibus patrocinari videtur Plinius lib. 36. ca 6. vbi ait se-

eundem annum Olympiadis. 106. concurrere cum anno Vrbis 398. si eundem locum librariorum vicio, vt existimo depraua-tum restituerimus, videtur enim sic habuisse IICCCC. quod se-lus quispiam vertit in CCCCII. sed de hoc esto aliorū iudicium.

Preterea Decemuiri fuerunt creati anno Vrbis. 302. vide-licet completo, ita vt primus illorum annus recte attribuatur anno Vrbis. 303.

Postea capta vrbe per Gallos dicit apud Liuium Camillus, agi annum Vrbis. 365. Et subsequente alio loco ait Liuius. C. Sulpitium Peticum. 111. fuisse Coss anno Vrbis. 400 & 35. a capta vrbe per Gallos quæ omnis quadrant ad supputationem nostram.

In præfatione quartę Decadis Liuianę legitur transisse an-te primum bellum punicum annos CCCCLXXVIII. vbi mani-festus est error in sola numerorum inuersione. Debet enim legi ccclxxxvii. Similiter fallit alter numerus in eadem præfatione vbi legitur. xliii annos intercurrisse a primo puni o ad secundum bellum si ritum, cum re vera inter ned a fuerint anni lxiii. Ideo etiam sola numerorum versione commissus est hic error, debet enim legi lxiii. Et ita omnia consonant catalogo nostro.

Item in Liuio lib. 34. vbi fit mentio de discretione facta in ludis spectandis, cum antea senatus illos promiscue cum populo spectasset per annos. 508. est apertissimum mendum, desunt enim tibi anni. 50. Ideo sic restituendus est Liuius, ad quingen-tesimum quinquagesimum nostrum annum, ita quod primum ano-no. 559. discretim spectarint ludos Merula & Thermo Coss. quod etiam clare noster catalogus indicat.

Similiter in principio primi libri quartę Decadis Liuy mani-festus est error in anno vrbis, vbi pro. 540. debet legi. 552. quod clarissime liquet, si quis sequentes annos & Coss. in eodem libro & proximo sequēte vsq; ad Merulam, & Thermum Coss. numerauerit, Illi enim sequente anno post. 558. hoc est. 559. anno vrbis, vt præfertur fuerunt Coss. quare necessario consequi-tur hic reponi debere, 552. quod etiam conflabit ad catalogū nostrum cuius adminiculo multi numeri qui passim apud plero-q; autores depraua ti reperiuntur restitui poterunt.

Nostræ quoq; supputationi consonat Plinius lib 7. cap. 48. vbi ait a C. Mario & Cn. Carbone Coss. hoc est ab anno vrbis 670. vsq; ad Iudos fallos Q. Sulpitio & C. Poppeo Coss. esse annos. 91. Et quæ Velleius dicit nempe a Coss. P. Mutio Scæ-ola & L. Calphurnio vsq; ad M. Vinitium & C. Cassium Longinū fluxisse annos. 162. Et a T. Veturio Calvino & Sp. Postumio Albino. 111. Coss. fluxisse annos. 350. Preterea quæ Cor. Tac-citus ait, quod ante imperium Galbę transierint anni vrbis. 820

De Olympiadibus autem iuxta quas olim frequens, & certa erat annorum computatio, & quæ huic nostro catalogo nonni-hil opitulabuntur, hæc pauca libuit subnectere, quod per eas fiat perspicuum primum annum Christi concurrere cū. 3. anno Olym-piadis. 194. &. 118. annum Tiberij vel passionis Christi con-currere cum. 3. anno Olympiadis. 202. vt etiam habet Eusebius

Dionisy enim & quorundam aliorum autoritate constat pri-mum annum Vrbis condręq; concurrisse cum primo anno septimę Olympiadis tametsi ij anni simul collati adamussim non quadrēt sed in sex fere mensibus differant, quo fit vt sæpe reperiantur apud autores discrepantiæ in vno anno, collatione annorum Vr-bis ad annos Olympiadum. Similiter in annis consulum collatis ad annos Olympiadum & vrbis conditę, Consules enim alicuius anni pro parte anni ante æquinoctium autumnale aliubi scri-buntur fuisse Coss. tali anno talis Olympiadis & post idem ęqui noctium eiusdem anni ab alys scribuntur fuisse Coss. anni Olym piadis sequentis. Ita etiam reperiuntur diuersitates in annis vrbis ap-positis Consulibus, cum vnus autorum dicat tales fuisse Coss. tali anno vrbis, alter vero anno vrbis sequente, propterea quod an-nus vrbis mchoauerit xy Kal. May. At initia ineundorum magi-stratuum alia ratione & ad temporum mutationem fiebant.

Hinc est quod Plinius li. 2. ca. 8. ait. 42. Olympiadem fuisse annum vrbis. 142. tametsi id ad catalogum nostrum non quae-dret. Attamen respectu partis anni etiam verum est quod ait Pli nius simili modo de pleriſq; alys dici possit, verum hæc exempli gratia sufficiant.

Sitgitur iuxta dictas autoritates primus annus vrbis concur-rit cum primo anno septimę Olympiadis, consequitur quod 751 annus vrbis, qui est primus annus Christi concurrerit cum. 3. ano-no Olympiadis. 194. Et quod. 783 annus vrbis qui est. 18. Ti bery Cæsaris concurrerit cum. 3. anno Olympiadis. 202. quo anno Christus fuit passus vt superius dictum est in quem annum etiam Eusebius locat passionem Christi.

Præmisse nostræ supputationi adstipulatur etiam Appianus qui lib. 1. bellorum ciuilium ait Capito. cum flagrasse Olympia-de. 174 L. Scipione & C. Norbano Coss. Adde quæ Iosephus lib. 14 cap. 8. ait Ciceronem & C. Antonium fuisse Coss Olym piade. 179. Ad hæc etiam facit quod Dionysius ait lib. 1. An-num vrbis. 745. concurrere cum Olympiade. 193. Preterea quæ Plutarchus in Numa dicit Numā videlicet cœpisse regnare anno tertio Olympiadis. 16. Et quæ Polybius lib 3. ait Annibe-lem primo anno Olympiadis. 140. profectum nouæ Carthagine Saguntum, quod erat initium & causa secundi belli punici, & Coss Cn. Seruilio & C. quintio flamminio tertio anno Olympia dis. 140. bellatum fuisse cum Annibale. Insuper quæ Diodorus Siculus ac Iosephus contra Appionem lib. 1. ait Alexandrum Magnum vt etiam communiter omnes sentiunt obiisse Olymp. 114 Exploratum autem est quod quando apud autores indeter minate ponitur Olympias semper fere primus annus eiusdem Olympiadis intelligitur. Ad præmissa quoq; facere videtur quod Liuius lib. 27. ait C. Cl. Nerone & M. Liuio Salinatore 111. Coss missum fuisse in Græciam L. Manlium ad videndum quęq; iudicium Olympiæ quod ea ętate erat futurum. Colligitur autem ex ratione temporum præteritorum eo ipso anno fuisse Olympiadem. 143. Ex quibus omnibus quilibet rationem ju perstorum & subsequentium temporum facile dimetietur & cla-re reperiet annum Olymp. primę, qui concurrere debet cum. 2. anno Æsebyli regis Athenensis vt omnes ducunt & primum an-num Coss incidisse in primum annum. 68 Olymp. vt hæc omnia in catalogo nostro videntur. Ad quem etiā consonat quę Hie-ronymus super epistola ad Hebręos dicit Ab Adam ad monar-chiam Alexandri Magni quam ponit in. 113. Olympiadem flu xisse annos circiter. 3634. præsertim si Arsi penultimo regi Persarum cum Diodoro Siculo duntaxat. 3. annos tribuerimus & monarchię Alexandri Magni initium in quartum annū Olym piadis. 112. collocauerimus. Iuxta quam mentem Hieronymi, & quod Alexander Magnus obierit primo anno Olympia-dis. 114. facile computare licebit retrogradiendo quod primo

Olympias incideris in annum mundi 3186. Deinde recepta 7. Olympiade, & in illam posito primo anno vrbis condite, vt commuuiter omnes fuerunt, digerentur alij anni Romanorum regum Coss & Augustorum vna cum Olympiadibus Posita denique prima Olympiade in 2. annum Eschylis regis Athenensis, redire licebit in ordinem omnes istos annos regum Athenensium, & aliorum regnorum.

Quemuis autem Augustorum, & Imperatorum aliorumq; multorum regum, & principum, quos chronographia hæc nostra complectitur, annis satis aperte in catalogo, & descriptione ipsa conspicuantur, libuit nihilo secius insignium regnorum reges, & illorum catalogum huc seorsim ordine cum ipsorum annis subiungere Admonendo lectorem, vt a diluuio vniuersali citra annos currentes consideret vtriq; pagine seruientes cũ ipsorum numeris ab vrbe condita, & ante Christum natum seu ab eo nato assignatis Ante diluuium vero tres solummodo columnas pro annorum assignatorum ratione considerare oportebit.

SERIES ET ORDO regum Assyriorum ex Berosso Chaldeo Metasthene Persa, & Manethone Ægyptio.

1	Nymrot Saturnus	annos 56
2	Belus Iupiter	62
3	Ninus Monarcha	52
4	Semiramis	42
5	Ninias Zameis	38
6	Arius	30
7	Aralius	40
8	Baleus Xerxes	30
9	Amatrines	38
10	Belochus Priscus	35
11	Baleus Iunior	52
12	Altades	32
13	Mamitus	30
14	Mancaleus	30
15	Spherus	20
16	Mamelus	30
17	Sperstus	40
18	Asciatades	40
19	Amyntas	45
20	Belochus Iunior	25
21	Bellopares	30
22	Lamprides	32
23	Sosares	20
24	Lampares	30
25	Pannias	45
26	Sosarmus	19
27	Mitreus	27
28	Tautanes	32
29	Tautæus	40
30	Thinæus	30
31	Dercilus	40
32	Espales	38
33	Laosthenes	45
34	Piribidius	30
35	Ofratæus	20
36	Ofratanis	50
37	Astrazapes	42
38	Sardanapalus vltimus	15

SERIES ET ORDO regum Babyloniorum ex Metasthene.

1	Belochus phul	annos 48
2	Tegiat phul	Assar 25
3	Salman	Assar 17
4	Sennacherib	10
5	Assar Adon	7
6	Merodach	52
7	Ben Merodach	21
8	Nebuchodonosor	35
9	Nebuchodonosor Magnus	45
10	Amilinus Euilmerodach	30
11	Reg Assar	3
12	Lab Assordach	6
13	Balt Assar	5

SERIES ET ORDO Regum Medorum ex Metasthene.

1	Arbaces	annos 28
2	Mandanes	50
3	Sosarmon	30
4	Articarmin	50
5	Arbianes	22
6	Arceus	40
7	Artimes	22
8	Astibarus cũ Apandæ filio	20
9	Apandæ qui Astyages	30
10	Darius cum Cyro	12

SERIES, ET ORDO regum Persarum.

1	Cyrus	annos 36
2	Artaxerses priscus filius Darij Assueri	20
3	Darius Longimanus	37
4	Darius nothus	19
5	Artaxerses Magnus Memnon	55
6	Artaxerses Ochus	26
7	Arses ann. 4. aut 3. vt Diodorus ait, & verius.	
8	Darius vltimus	6

SERIES ET ORDO regum Sicyoniorum in xta Eusebium.

1	Ægialeus	annõ 52
2	Europs	45
3	selchus	20
4	Apis	25
5	Thelaxus	52
6	Ægidius	34
7	Thurimachus	45
8	Leucippus	53
9	Messappus	47
10	Eratus	46
11	Plemmeus	48
12	Orthopolis	63
13	Maratus	30
14	Marathius	20
15	Echireus	55
16	Chorex	30
17	Epopeus	35
18	Laomedon	40
19	Sicyon	45
20	Polybus	40
21	Inachus	42
22	Phestus	8
23	Adrastus	4
24	Polyphides	31
25	Pelasgus	20
26	Zeuxippus	32

SERIES, ET ORDO regum Celtiberorum, & Hispanorũ iuxta Berosum.

1	Iubal	annõ. 155
2	Iberus	37
3	Iubelda	64
4	Brigus	53
5	Tagus Orma	30
6	Betus	31
7	Gera Deabus	35
8	Gerion Trigemius	42
9	Hispalus	17
10	Hispanus	32
11	Hercules Libyus	19
12	Hesperus	11
13	Kyrus Atlas	21
14	Sicorus	46
15	Sicanus	31
16	Siceleus	44
17	Lasus	30
18	Siculus	61
19	Tesla Libyus Triton	74
20	Romus	33
21	Palatus	18
22	Cæus	36
23	Palatus iterum	6
24	Erythrus	69
25	Mellicola alias Gargoris	67

INTERMEDIIS ANNIS 909. occuparunt, Inde Visegothi.

1	Athanaricus	annos 42
2	Alaricus	27
3	Adolphus sub quo Hispanias occupant.	5
4	Sigericbus	1
5	Vallia	22
6	Theodericus, alias Theodoredus	13
7	Torismundus	3
8	Theodericus II. ann.	14
9	Euricus	19
10	Alaricus II. ann.	21
11	Gensalericus	3
12	Theodericus III. ann.	11

13	Amalaricus alias Almaricus annos	5
14	Tendus alias Teudes	18
15	Tendefelinus	3
16	Agilas	5
17	Atanagildus	14
18	Lyuba	3
19	Leonigildus	18
20	Richaredus	15
21	Loiba	2
22	Viftericus alias Detericus annos	7
23	Gundemirus	2
24	Siſſebutus	9
25	Ricaredus.II.menſ.	7
26	Suintilla	4
27	Siſecundus alias Siſenandus annos	5
28	Suintilla.II.	4
29	Tulga	2
30	Cindas Vindu, alias Chindaſuindus	10
31	Receſuindus alias Recciſuinthus	19
32	Bamba alias VVambanus annos	10
33	Eringius	7
34	Egyga	13
35	Vuiza	9
36	Coſta	3
37	Rodericus	6

vltimus Gothorum:

INDE.

1	Pelagius Aſturum, & Legionis annos	14
2	Fauila	2
3	Alfonſus catholicus	19
4	Froila	13
5	Aurelius	6
6	Silo	8
7	Mauricatus	3
8	Veramundus	4
9	Alfonſus caſtus	36
10	Raymirus, & Garſias fratres annos	6
11	Ordonius	10
12	Alfonſus.III.Magnus	46
13	Garſias	3
14	Ordonius.II.	8
15	Froila	2
16	Alfonſus.IIII.	5
17	Raymirus.II.	19
18	Ordonius.III.	6
19	Ordonius.I.III malus	5
20	Sanctius Craſſus	12
21	Raymirus.III.	25
22	Veramundus.II.	17
23	Alfonſus.V:	31
24	Veramundus.III.	6
25	Sanctius maior pauco tpe.	
26	Ferdinandus Magnus	47
27	Sanctius.III.	6
28	Alfonſus.VI.	43
29	Alfonſus.VII.	4
30	Sanctius Caſtelle	1
21	Ferdinandus.II.Legion	17
32	Alfonſus Bonus.VIII.	50
33	Alfonſus.IX	28
34	Hinricus	3
35	Ferdinandus.III.	28
36	Alfonſus.X.	32
37	Sanctius.IIII.	11
38	Ferdinandus.IIII.	15
39	Alfonſus XI.	40
40	Petrus Crudelis	19
41	Hinricus.II.	10
42	Ioannes	11
43	Hinricus.III.	16
44	Ioannes.II.	47
45	Hinricus.IIII.	22
46	Ferdinandus.V.	41
47	Carolus	

ARGIVORVM REGVM ordo ſecundum Euſebium.

1	Inachus.	ann 50
2	Phoroneus.	60
3	Apis.	35
4	Argus.	70
5	Craſſus alias Cirus.	54
6	Phorbas.	35
7	Troiphas.	46
8	Crothopus.	21
9	Stelenus.	15
10	Danaus.	50
11	Lynceus.	41
12	Abas.	23
13	Proetus.	17
14	Acriſius.	31

Inde Mycenarum.

1	Perſeus.	ann 6
2	Euriſtheus.	45
3	Atreus, & Thieſtes fratres.	65
4	Agamemnon.	18
5	Ægyſtus.	7
6	Oreſtes.	70
7	Penthelus.	
8	Thiſamenes.	
9	Cometes.	

TROIANORVM Regum ſeries ex Beroſo, & Archilocho.

1	Dardanus.	ann. 31
2	Erichtonius.	75
3	Tros.	60
4	Ilus.	55
5	Laomedon.	36
6	Priamus vltimus.	40

ABORIGINVM, ET LAtinorum Regum ſeries.

1	Roma ab Italo patre,	ann 46
2	Romane ſſus.	71
3	Picus priſcus.	57
4	Faunus priſcus.	30
5	Amnus.	54
6	Vulcanus.	36
7	Mars Italus alias Lamus iunior.	23
8	Cęculus alias Saturnus iunior.	36
9	Picus iunior.	46
10	Faunus iunior.	24
11	Latinus.	28

Inde Latinorum, & Albanorum.

1	Æneas.	ann. 3
2	Aſcanius.	38
3	Syluius poſthumus.	29
4	Æneas Sylvius.	31
5	Latinus Sylvius.	50
6	Alba Sylvius.	39
7	Arys Sylvius.	24
8	Capys Sylvius.	28
9	Capetus Sylvius.	13
10	Tyberinus Sylvius.	8
11	Agrippa Sylvius.	40
12	Aremulus.	19
13	Auentinus Sylvius.	37
14	Procas Sylvius.	23
15	Amulius.	43

Inde Romanorum.

1	Romulus.	37
2	Numa Pompilius.	43
3	Tullus Hoſtilius.	32
4	Ancus Martius.	24
5	Tarquinius priſcus.	38
6	Seruius Tullus.	44
7	Tarquinius ſuperbus.	25

ATHENIENSIVM REgum ordo, & series ex Eusebio & Eusebio.

1	Cecrops alias diphyes annis	50
2	Cranaus.	9
3	Amphyction	
4	Erichtonius	50
5	Pandion	40
6	Erichteus	50
7	Cecrops II.	40
8	Pandion II.	25
9	Egeus	48
10	Theseus	30
11	Menestheus qui & Peteo	24
12	Demophoon	33
13	Oxintes	12
14	Aphidas	1
15	Thimætes	8
16	Melanthus	37
17	Codrus	21

INDE MAGIstratus.

1	Medon primus Archon an.	20
2	Agestus	36
3	Archippus	19
4	Thespiæus	41
5	Phorbas	31
6	Megacles alias Megacles	30
7	Diognetus	28
8	Pherecles	19
9	Ariphron	20
10	Thespicus	25
11	Agamnestor	20
12	Æschylus	23
13	Alchæmenon	2
14	Cæops	10
15	Æsimedes	10
16	Elidicus	10
17	Hippomenes	10
18	Leocrates	10
19	Apsander	10
20	Erixias	10

Inde Oligarchia.

LACEDÆMONIORVM regum series ex Eusebio.

1	Eurysthenes annos	42
2	Agis	2
3	Archestratus	35
4	Labotes	37
5	Doristus	29
6	Agesilaus	44
7	Archelaus	60
8	Thelecus	40
9	Alcmanes alias Alcmenes annos	37

CORINTHIORVM REgum series ex Eusebio.

1	Athletes annos	35
2	Ixion	37
3	Agilæus	37
4	Pryminas	35
5	Bacis	35
6	Agelas	30
7	Eudemus	25
8	Aristomedes	35
9	Egemon	16
10	Alexander	25
11	Phelestes	12
12	Automenes	8

ÆGIPTI REGVM post Alexandrum Magnum.

1	Ptolemæus Lagi	40
2	Ptol. Philadelphus	38
3	Ptol. Euergetes	26
4	Ptol. Philopator	17
5	Ptol. Epiphanes	24
6	Ptol. Philometor	35
7	Ptol. Euergetes I.	29
8	Ptol. Physcon Soter	17
9	Alexander Auletes	10
	Physcon iterum	8
10	Ptol. Dionysius	30
11	Cleopatra	20

Inde provintia Romanorum.

SERIES ET ORdo regum Iudææ.

1	Dauid annis	40
2	Salomon	40
3	Roboam	17
4	Abias	3
5	Asa	41
6	Iosaphat	25
7	Ioram	8
8	Ochosias	1
9	Athalia	6
10	Ioas	40
11	Amasias	29
12	Ozias alias Azarias	52
13	Ioathan	16
14	Achaz	16
15	Ezechias	29
61	Manasses	55
17	Amon	12
18	Iosias	31
19	Ioachaz mens.	3
20	Ieboiakim ann.	11
21	Ieboiachin mens.	3
22	Sedechias ann.	11

II. Intermedijs inde annis. 425.

DVCVM ET REGVM Iudæorum series, & ordo.

1	Iudas Machabeus ann.	5
2	Ionatas frater	19
3	Simon frater	8
4	Ioannes Hircanus fil.	26
1	Aristobulus rex	1
2	Alexander frater	27
3	Alexandra mater	9
4	Hircanus fil.	34
5	Herodes	37
6	Archelaus fil.	9
7	Herodes. II. Tetrarcha	24
8	Agrippa Maior	7
9	Agrippa Iunior	27
10	Agrippinus	30

REGVM SAMAritarum, vel Israelis series & ordo.

1	Hieroboam annos	22
2	Nadab	2
3	Baasa	24
4	Hela	2
5	Zambri dies	7
6	Amri ann.	7
7	Achab	22

8	Ochozias	2
9	Ieram	15
10	Iehu	28
11	Ioachaz	15
12	Ioas	17
13	Hieroboam II.	25
14	Zacharias menſ.	6
15	Sellum menſ.	1
16	Manahen annũ.	11
17	Phacee	2
18	Phacetas	20
	melius eſt enim quam	30
19	Oſee	19
	cuius 10 priores annos ſcriptura non ponit, quod in illis non fuerat probatus rex quos 10. annos nos adiecimus Phaceiæ.	

SYRIÆ REGVM ORdo, & ſeries poſt Alexandrum Magnum.

1	Seleucus Nicanor annos	42
2	Antiochus Soter	21
3	Antiochus Theos	15
4	Seleucus Gallinicus	20
5	Selemnus Ceranus	3
6	Antiochus Magnus	36
7	Seleucus Philopator	12
8	Antiochus Epiphanes	11
9	Antiochus Eupator	2
10	Demetrius Soter	12
11	Alexander	10
12	Demetrius	3
13	Antiochus Sedetes	9
	Demetrius iterum	4
14	Antiochus Gryphus	12
15	Antiochus Cyzicenus	18
16	Philippus	2
17	Tigranes	18
18	Antiochus Euſebius	4

MACEDONVM REgum ſeries & ordo.

1	Caranus alias Granaus annos	28
2	Cænus	12
3	Tirimas	38
4	Perdiccas	51
5	Argeus	38
6	Philippus	38
7	Europs	26
8	Alcetas	29
9	Amyntas	50
10	Alexander	43
11	Perdiccas. II.	28
12	Archelaus	24
13	Oreſtes	3
14	Archelaus	4
15	Amyntas. II.	1
16	Pauſanias	1
17	Amyntas III.	6
18	Argeus II.	2
	Amyntas iterum	13
19	Alexander. II.	1
20	Ptolemæus Alorites	4
21	Perdiccas. III.	6
22	Philippus. II.	25
	alias	24
23	Alexander Magnus	12
	alias 12. menſ	7
24	Philippus Aridæus annũ	6
25	Caſſander	19
26	Antipater & Alexander	4
27	Demetrius	6
28	Pyrrhus menſ.	6
29	Lyſimachus annũ.	5
30	Ptolemæus Ceraunus	1
31	Meleager menſ.	2
32	Antipater dies	45
33	Soſthenes annũ.	2
34	Antigonus Gonatas	36
35	Demetrius. II.	10
36	Antigonus Doſo	32
37	Philippus. IIII.	42
38	Perſeus	11

SERIES ET ORDO CÆſarum Auguſtorum & Imperatorum.

1	C. Iulius Cæſar annos.	4 & 3
2	C. Octauius Auguſtus	56
3	Tiberius	23 fere
4	C. Caligula	4. fere
5	Claudius	14. fere
6	Nero	14. fere
7	Galba menſ.	7
8	Otho menſ.	3
9	Vitellius menſ.	8
10	Veſpaſianus	10. fere
11	Titus fil. annũ. 2 menſ.	2
12	Domitianus frater annũ.	15
13	Nerua annũ. 1 menſ.	4
14	Traianus annũ.	20. fere
15	Adrianus annũ.	21. fere
16	Antoninus Pius annũ	23
17	M. Antoninus Verus philoſoph. L. Aurelius Verus annũ	19
18	Anto Commodus	13 fere
19	Ælius Pertinax menſ.	6
20	Didius Iulianus menſ.	2
21	Septimius Seuerus	18
22	Antoninus Caracalla fil.	6
23	Opilius Macrinus	1
24	Varius Heliogabalus	4
25	Alexander Seuerus	13
26	Maximinus	3
27	Gordianus Senior, Puplenus & Balbinus paucis diebus.	
28	Gordianus Iunior annũ	6
29	Philippi	5
30	Decius	2
31	Gallus & Volufianus fil.	2
32	Æmylianus menſ.	3
33	Valerianus & Galienus filius eius annos	15
34	Claudius. II. annũ. 1. menſ. 9	
35	Quintillus frater dies	17
36	Aurelianus annũ. 5. menſ.	6
37	Tacitus menſ.	6
38	Florianus frater menſ.	2
39	Probus annos	5
40	Carus & Carinus, ac Numerianus filij annos	2
41	Diocletianus, & Maximianus annos	20
42	Galerius, & Conſtantius Clorus annos	2
43	Maxentius pauco tempore.	

IMPERATORES CONſtantinopolitañ.

1	Conſtantinus Magnus annũ.	31
2	Conſtantinus. II. Conſtans, & Conſtantius filij annos.	24
3	Iulianus Apoſtata annos	1
	menſ.	7
4	Iouianus menſ.	7
5	Valentinianus, & Valens frater annos	10
	Valens ſolus annos	4
6	Gratianus	6
7	Valentinianus frater & Theodoſius gener Valentiniani primi annos	7
8	Idem Theodoſius, ac Arcadius & Honorius filij	3

INDE DIVISO IMPERIO.

IN ORIENTE.

9	Arcadius annos	13	
10	Honorius cum Theodosio filio Arcadij	16	
11	Theodosius pretereo	26	
12	Martianus	7	
	Inde Greci.		
13	Leo Bessica annos	16	
14	Zeno Isauricus	17	
15	Anastasius Dicorus	26	
16	Iustinus Thrax	8	
17	Iustinianus	39	
18	Iustinus. II.	11	
19	Tiberius. II.	7	
20	Mauritius	20	
21	Focas	8	
22	Heraclius	29	
23	Constantinus. III. fil. mens.	3	
24	Heraclion cum Martina matre annos	2	
25	Constans. II,	26	
26	Constantinus. IIII.	17	
27	Iustinianus. II.	10	
28	Leontius alias Leo. II.	3	
29	Tiberius. III. Abstinatus	7	
	Iustinianus iterum	6	
30	Philippicus annos. 1. mens.	6	
31	Anastasius. II.	3	
32	Theodosius. III.	1	
33	Leo. III.	24	
34	Constantinus. V. fil.	35	
35	Leo. IIII. fil.	5	
36	Constantinus. VI. fil. cum Irene matre	10	
	Idem solus annos	7	
	Illa sola annos	4	
37	Nicephorus annos. 8. mens.	6	
38	Stauracius fil. mens.	3	
39	Michael Curo palates annos	2	
40	Leo. V. Armeniacus annos. 7. mens.	5	
41	Michael. II. Balbus Traulus annos	9	
42	Theophilus fil.	15	
43	Michael. III. fil. & Theodora mater	11	
	Idem solus	13	
44	Basilius Macedo	17	
45	Leo. VI fil.	18	
46	Alexander frater	2	
47	Constantinus. VII. & Romanus Lacapenus	39	
48	Romanus fil. Constantini	15	
49	Nicephorus. II. focas.	10	
50	Ioannes Zimisenus annos. 6. mens.	6	
51	Basilius. II. & Constantinus. VIII.	53	
52	Romanus. II. Argyropolos	5	
53	Michael Paphlago. IIII.	7	
53	Michael Calophates. V. Zoe & Constantinus IX. monachus maritus	13	
55	Theodora iterum sola	2	

IN OCCIDENTE.

13	Honorius annos	13
16	adhuc annos	16
26	Valentinianus	30
7	Maximus	2
	Avitus	1
16	Maiorianus	4
17	Anthemius	4
26	Olymbrius	1
8	Glicerius	1
39	Nepos	1
11	Augustulus	1
7	vltimus anno	517
20	ab initio Augusti	
8	Inde Odoacer	14
29		

OSTROGOTHI.

3	1 Theodericus Ostrogothus rex Italie	32
2	2 Adelricus annos	8
7	3 Theodatus	3
6	4 Vitichus	5
6	5 Hildebrandus annos. 1. mens.	5
3	6 Vatrius mens.	5
1	7 Totilas annos	11
24	8 Teias	8
35	Finis Gothorum per ann. 69.	
5	Narses inde per Iustinianum missus ann.	16
10		
7		
4		
6		
3		
2		
5		
9		
15		
11		
13		
17		
18		
2		
39		
15		
10		
6		
53		
5		
7		
13		
2		

INDE EXARCHI

Ravenæ per annos 170

1	Longinus
2	Smaragdus
3	Romanus
4	Gallinicus
5	Smaragdus iterum
6	Ioannes Lemigius
7	Eleutherius
8	Isaacius patriarcha Constantinopoli.
9	Theodorus Calliopa
10	Olympius
11	Theodorus iterum
12	Ioannes Platina
13	Theophilactus
14	Ioannes Tzicopus
15	Paulus
16	Eutichius Eunuchus
	Inde intermedijs annis 4

Irene occupante imperium fuit illud translatum ad Germanos in persona Caroli Magni.

IN ORIENTE.

56 Michael.VI.Comnenus mens. 11
57 Isacius Comnenus ann. 4
58 Constantinus Ducas. X. annos 7
59 Eudoxia mens. 7
60 Eadem cum Romano. iii. Diogene annos. 3. mens. 8
61 Michael. vii. Parapinacenus annos 6
62 Nicephorus. iii. 3
63 Alexius Magnus Comnenus 33
64 Calo Ioannes fil. 26
65 Manuel Triphon 38
66 Alexius. ii. fil. 3
67 Andronicus 2
68 Isacius ii. Angelus 16
69 Alexius iii.
70 Alexius. iiii. simul annum. 1

Hinc Flandria

71 Balduinus annum 1
72 Hinricus frater 12
73 Petrus Alasiodorēsis gener annos 5
74 Robertus fil. 7
75 Balduinus. ii fil 33

Iterum Græci.

76 Michael. viii. Paleologus 35
77 Andronicus. ii. fil. & Michael. ix. filius Andronici 45
78 Andronicus. iii. fil. Michaelis 52
79 Calo Ioannes 31
80 Manuel. ii. Paleologus 24
81 Ioannes Paleologus ii annos 28
82 Constantinus. xi. annos fere. 9

Anno. 1453. captus Constantinopoli decapitatur.

Finis in Oriente.

IN OCCIDENTE.

IMPERATORVM GERMANORVM.

1 Carolus Magnus annos 13
2 Ludouicus Pius fil. 25
3 Lotharius fil. 10
4 Ludouicus. ii. fil. 27
5 Carolus Caluus Patruus 2
6 Ludouicus. iii. fil. 1
7 Carolus. ii. crassus fratruelis 10
8 Arnolphus nepos 12
9 Ludouicus. iiii. fil. 12
10 Conradus 7
11 Hinricus Auceps Saxoniæ Dux 17
12 Otho. ii. fil. 36
13 Otho. iii. fil. 10
14 Otho. iiii. fil. 9
15 Hinricus. ii. pronepos Hinrici primi 20
vacat anñ 3
16 Conradus. ii. Salicus Francus 15
17 Hinricus. iii. Niger fil. 37
18 Hinricus. iiii. fil.
19 Hinricus. V. impius fil. 19
20 Lotharius. ii. Saxo. 13
21 Conradus. iii. Sueuus 14
22 Fridericus nepos ex fratre 38
23 Hinricus. vi. fil. 8
24 Philippus frater 10
25 Otho. V. Saxo. 10
26 Fridericus. ii fil. Philippi. 32
27 Conradus. iiii. fil. 2
28 Hinricus Turingus. vii.
29 VVilhelmus Hollandus 4
Ricardus Cornubiæ, & Alfonsus Hispaniæ annos 17
